Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Idem tribulacio in igne probatur
aurum et argentum et homines re[cepti]
In camino hic probasti cor meum domine
Nemo vires suas in pace cognoscit
Inpudius miles est qui fortitudine
in pace gloriatur Nemo enim quantum
proficit nisi inter adula conflat quarto
tribulacio ad modum ignis de siccat
ab aquis delicarum et delectacionum
et sic conservat glossa Cor Salomonis
id circo fundit[us] sapiam defluit
quod ipsum nulla disciplina exterius
custodiuit Tribulacio sepit vias
inferni ne electi per eam incedant
Osee Sepiam tibi viam tuam spinis
vis Ad punctum ymo dereliqui te et
in miseracionibus magnis congregabo
te In momento in dignacione abscon-
di faciem parum per a te et in misericordia sem-
piterna misertus sum tui Tribula-
cio est locus quem filius dei in hoc mun-
do elegit emandum Xpus qui non fal-
litur elegit quod carnis est molestius
id ergo melius id vtilius id magis
eligendum quia hic est locus filiorum dei
in mundo isto omnes enim qui pie volunt et cetera
Cui cor nobile habet potius eligeret
esse cum filiis dei in tribulacione quam cum
dampnatis in temporali prosperitate
Hebr Moyses negauit se esse fi-
lium filie pharaonis magis elegit
affligi cum populo dei quam temporales habere
iocunditates David Elegi abiectus
esse in domo dei mei et cetera Dulcoran-
te ita videntur esse tribulaciones
propter hoc quod in xpo sunt et crux ita
videtur esse vncta eo quod in xpo qui
vnctus est fuit Vnde cruces in consecra-
cione ecclesiarum oleo vnguntur Item
notandum quod tribulacio in sacra scriptura
per aquam designatur Vnde aque multe
non potuerunt extinguere Cant Quinque sunt
vtilitates vel proprietates i. effectus
tribulacionis secundum proprietatem aque
Primus est quod hostes spirituales submer-
git vicia scilicet et demones Operuit
aqua tribulantes eos vnus ex eis
non remansit Exo Secundus est quod fide-
les nutrit sicut aqua pisces Con-
sumpti sunt sine aqua pisces ps Et
notandum quod aqua amara dulces pi-
sces nutrit et magnos Cete gran-
dia non inueniuntur nisi in mari Sic
homines magne virtutis nutriuntur
in aquis tribulacionibus Gen 7
est quod aqua eleuat navium dum crescit
Multiplicate sunt aque et leuauerunt
archam in sublime a terra Sic tri-
bulacio electos dei exaltat et per-
fectum facit eos ordinat deo Job Ser-
corum longe est a disciplina propterea
non exaltabuntur Quartus est quod mundat
ad modum aque Vnde Sponse regis
celestis vestem de bysso parat Vnde
Apok Datum est ei se cooperire bysso
candido et splendenti Hii qui amic-
ti sunt stolis albis Hy sunt qui ve-
nerunt de tribulacione magna
Quintus est quod extinguit ignem libidinis
Sicut multis locis legitur Beati qui
nunc fletis quia ridebitis Omne gaudium